sit praecursor Anti-Christi. Decebat enim, decebat
sane Magistros et Dracones spectabilis et Deum oppugnantis
haereseos hujus, partim Hagarenorum esse progeniem, partim
servorum contumeliosis cauteriis et notis insignes
apparere: alios adulterio progenerari, alios
muliebris sultitia et furiosae mentis discipulos agnosci.
Verum Sergius sic ut paucis dicam, qua ratione
prima hujus impietatis fundamenta hauserit. Ma-
nichaea illa mulier, cujus jam mentionem injeci, quamprimus cum
ipso familiariter accepit, dic mihi, quaerebat, quid caussae sit est, | *Muliercula hortatur Sergium ad lectionem Evangeliorum.*
cur digna Evangelia non legis? At ille, cujus viscera haereti-
cum virus nondum penetraverat, non licere hominibus laicis
promiscuè animum ad lectionem tremendorum illorum verborum
appellere, et sacerdotibus id muneris impositum esse re-
ponebat. Statim ex furiosa, frustra sane sibi religionem
circa talia impositam esse audit. Neq vero Deum
personarum discrimen observare, quippe qui omnes
salvari et ad veritatis agnitionem pervenire velit:
Tantho vero pergebat, vos religioso metu a divi-
nis scriptis ita deterreri, non a singulari eorum honore
provenit, sed dolus potius quidam et deceptio eorum, quos
sacerdotes vos vocatis. Qui cum sermonem Dei cauponis more
quaestui habeant, repellunt evangelicorum mysteriorum minimi vos
participes fieri laborant. Et hac de caussa haec nobis subtrahunt,
ne similiter ac ipsimet legatis. Nam et quae nobis praelegunt
illa a toto corpore decerpunt, ac dilacerant, et ita demum
vos auditores divinorum verborum admittunt.
Prima haec erat velitatio, qua libidinosa et
rabida haec hominem ad lapsum jam pronum adoriebatur,

mentem